Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lierunt que eum in samaria. 7 regna
uit ioachaz filius eius pro eo. Di
es autem quos regnauit iehu sup
isrl. xx. octo anni sunt in samaria.
Athalia uero mater ·XI·
ochozie uidens mortuum fili
um suum: surrexit 7 interfe
cit omne semen regium. Tollens
autem iosaba filia regis ioram soror
ochozie. ioas filium ochozie.
furata est eum de medio filiorum re
gis qui interficiebantur. 7 nutricem
eius de triclinio: 7 abscondit eum
a facie athalie. ut non interficeret.
Eratque cum ea in domo domini clam
sex annis. Porro athalia regna
uit sup terram. Anno autem vii. mi
sit ioiada. 7 assumens centuriones.
7 milites: introduxit ad se in tem
plum domini. Pepigitque cum eis
fedus. 7 adiurans eos in domo domini:
ostendit eis filium regis: 7 precepit
illis dicens. Iste est sermo quem fa
cere debetis. Tertia pars uestrum introeat
sabbato. 7 obseruet excubias domus
regis: tertia autem pars sit ad portam
seyr: 7 tertia pars sit ad portam que est
post habitaculum scutariorum: 7 custo
dietis excubias domus messa. 7
Due uero partes ex uobis omnes eg
redientes sabbato. custodiant excubias
domus domini circa regem: 7 val
labitis eum habentes arma in ma
nibus uestris. Si quis autem ingressus
fuerit septum templi. interficiatur. eri
tisque cum rege introeuntes 7 eg
redientes. Et fecerunt centuriones
iuxta omnia que preceperat eis io
iada sacerdos. Et assumentes singuli
uiros suos qui ingrediebantur sab
batum. cum his qui egrediebantur
e sabbato: uenerunt ad ioiadam sac
erdotem. Qui dedit eis arma 7 has
tas regis dauid que erant in do
mo domini. 7 steterunt singuli habentes
arma in manibus suis. a parte templi
dextra. usque ad partem sinistram altaris
7 edis. circum regem. Produxitque fili
um regis: 7 posuit sup eum dyadema.
7 testimonium. feceruntque eum regem:
7 unxerunt. 7 plaudentes manu dix
erunt. Viuat rex. Athalia uero audi
uit uocem currentis populi: 7 ingressa
ad turbas in templum domini. uidit
regem stantem sup tribunal iuxta
morem: 7 cantores 7 turbas prope
eum. omnemque populum terre letantem
7 canentem tubis. 7 scidit ues
timenta sua: clamauitque. Coniura
tio. coniuratio. Precepit autem ioiada
centurionibus qui erant sup exer
citum. 7 ait eis. Educite eam extra
septa templi: 7 quicumque eam secu
tus fuerit. feriatur gladio. Dixe
rat enim sacerdos. Non occidatur
in templo domini. Imposueruntque
ei manus. 7 impegerunt eam. per ui
am introitus equorum iuxta pala
tium: 7 interfecta est ibi. Pepigit
ergo ioiada fedus inter dominum 7 re
gem. 7 inter populum. ut esset populus domini:
7 inter regem 7 populum. Ingressusque
est omnis populus terre. templum baal: 7
destruxerunt aras eius: 7 ymagines
contriuerunt ualide. Mathan quoque
sacerdotem baal. occiderunt coram
altari. 7 posuit sacerdos custodias
in domo domini. tulitque centurio
nes 7 cerethi. 7 pherethi. 7 legiones.
7 omnem populum terre. deduxeruntque re
gem de domo domini: 7 uenerunt per uiam
porte scutariorum in palatium. 7 sedit
sup thronum regum. Letatusque est
omnis populus terre: 7 ciuitas conquieuit.
Athalia autem occisa est gladio in do
mo regis. Septem quoque annorum erat
ioas cum regnare cepisset. ·XII·
Anno. vii. iehu regnauit io
as: xl. annis in ierusalem. Nomen
matris eius sebia de bersa
bee. Fecitque ioas rectum coram domino
cunctis diebus quibus docuit eum